



# BOLETIN DEL CLERO

DEL

## OBISPADO DE LEON.

### DECRETOS DE LA SAGRADA CONGREGACION DE RITOS.

- 1.º SOBRE CONCURRENCIA DE FIESTAS DE UN MISMO RITO, PERO DE DIFERENTE DIGNIDAD.—2.º SOBRE LAS FIESTAS DE LOS DOLORES EN MARZO Y SETIEMBRE, Y FIESTA PRIMARIA DE LA VÍRGEN.—3.º SOBRE CONCURRENCIA DE UN PATRONO CON LA FIESTA DE SANTA ANA.—4.º SOBRE LA MISA DEL 2 DE NOVIEMBRE.—5.º SOBRE MISA Y OFICIO DE LA CONCEPCION.—6.º SOBRE LA CONCURRENCIA DE LA FERIA VI DE LA SEMANA SANTA CON LA FIESTA DE UN PATRONO.—7.º SOBRE DOSEL PARA LAS RELIQUIAS QUE SE LLEVAN EN PROCESION.—8.º SOBRE MISAS VOTIVAS.—9.º SOBRE LA COLECTA EXTRAORDINARIA «PRO PAPA.—10. SOBRE EL NÚMERO DE VELAS EN LAS MISAS PRIVADAS.—11. SOBRE LA PROHIBICION DE TENER CUBIERTA LA MESA DE ALTAR CON HULE, BADANA Ú OTRA COSA, QUE NO SEA MANTEL BLANCO Y LIMPIO, DURANTE LA CELEBRACION DEL SANTO SACRIFICIO.»

**NUSCANA.** Sacerdos Raphael Vecchi, Redactor Kalendarii in usum Nuscanæ Diœcesis, à Sacra Rituum Congregatione quæ sequuntur dubiorum declarationem enixe postulavit, nimirum:

*Dubium I.* Quum Aloisius de Carpo in *kalendario perpetuo*, capite V, *De concurrentia*, num. II, tenet: Quod in concurrentia Festorum ejusdem ritus, sed diversæ dignitatis præferendum sit in Vesperis festum primarium juxta posteriora decreta etiamsi secundarium habeat dignitatem objectivam, exempli gratia: In Regno Neapolitano die 4 Augusti Festum S. Dominici Conf. et Patroni minus principalis sub ritu duplicis majoris cum octava concurret cum Festo S. Mariæ ad Ni-



ves etiam duplicis majoris: Item in Diœcesi Festum Matris Divini Pastoris, adsignatum dominica 4 Octobris, concurrat cum Festo S. Raphaelis Arcang. Festum S. Joachim, Patris B. M. V., quando transfertur, concurrat cum Festo SS. Nominis B. M. V., et Festum Sac. Cordis Domini Nostri Jesu Christi cum Festo S. Barnabæ Apostoli. His positis quæritur: in supradictis casibus Vesperæ quomodo ordinandæ sint de S. Dominico, S. Raphaelle, S. Joachim, et S. Barnaba, uti Festis primariis, an de S. Maria ad Nives, Matre Divini Pastoris, SS. Nomine B. M. V. et Sac. Corde D. N. J. C. uti dignate præditis, sed secundariis.

*Dubium II.* Festa B. M. V. Septem Dolorum mensis Martii, et Septembris sunt ambo Festa primaria, an secundaria? et Festa primaria B. M. V. an sint solummodo septem Festivitates, nempe, Purificationis, Annuntiationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, Præsentationis et Conceptionis? dummodo aliqua Festa secundaria non gaudeant alicubi prærogativa Patroni principalis loci et Titularis Ecclesiæ?

*Dubium III.* In Dominica ultima Julii pro hac Diœcesi adsignatum est Festum Patrocinii S. Amati Episc. Patroni principalis Diœcesis, quæritur: quando occurrit cum Festo S. Annæ Matris B. M. V., ejusdem ritus duplicis majoris transferendum est Festum Patrocinii S. Amati, an S. Annæ?

*Dubium IV.* In Kalendariis cujusdam Diœceseos die secunda Novembris legitur præscripta in præcipuis Ecclesiis una Missa lecta in Altari majori de die occurrente, cum juxta Rubricas solummodo præcipitur canenda in Cathedrali et Collegiatis. Quæritur: præter Cathedrali et Collegiatis potest ne dici in præcipuis Ecclesiis una Missa lecta in altari majori de die occurrente? an vero omnes sunt dicendæ de *Requiem* pro Defunctis?

*Dubium V.* Quum ex Brevi Apostolico die 22 Octobris 1850 concessa fuit pro Regno utriusque Siciliæ Vigilia Immaculatæ Conceptionis tam in Officio, quam in Missa, considerandum ne est uti privilegium speciale cum incidat semper tempore Adventus?

*Dubium VI.* Quum hoc anno in Civitate Montismarini, Feria VI in Parasceve inciderit Festum duplicis præcepti S. Joannis Ep. præcipui Patroni, quæritur: An Parochus teneatur Missam applicare pro populo in die, quo transfertur, quamvis absque onere audiendi Missam, et abstinendi ab operibus servilibus?

*Dubium VII.* Ex Decreto generali sub die 27 Maii 1826 prohibitum fuit sub quovis prætextu processionaliter circumferre Reliquias et Imagines Sanctorum sub Baldachino, seu Pallio, et juxta sententiam vero Aloisii Gardellini ad Decr.



4.570, penitus vetitum est circumferri, cum sit honor tantum SS. Eucharistiæ debitus:

Quæritur: an liceat circumferri, processionaliter Baldachinum saltem retro Reliquias, et simulacra Sanctorum uti pluribus in locis in praxi observari videntur? Et si negative; an liceat saltem circumferri, dum Episcopus Diœcesanus ad Processionem intervenerit?

*Dubium VIII.* De Missis votivis quæritur: ut piis fidelium votis fiat satis, an liceat in Missis votivis legi Missa propria de Monte Carmelo, et de SS. Rosario juxta Aloisium de Carpo, quemadmodum in Missalibus notatur concessum pro Missis septem Dolorum B. M. V. et Inmaculatæ Conceptionis, an vero una de quinque votivis B. M. V. justa temporis qualitatem? Et quoniam ex Rubricis vetitum est legere Missas pro festivitatibus B. M. V., id est, de Purificatione, de Annuntiatione, de Visitatione, de Assumptione, de Nativitate, et de Præsentatione, an saltem liceat legere Missas proprias sub præclaris titulis de Gratia, de Mercede, de Bono Consilio, de Arco, de Succursu, et Puritate, etc?

*Dubium IX.* Quando in Missa adjungitur de mandato Episcopi collecta extraordinaria pro Papa, *Deus omnium fidelium*, etc., est ne delinquenda, ve mutanda in alia Oratione, quando occurrit Anniversarium Consecrationis Episcopi Diœcesani?

Sacra porro eadem Congregatio, referente infrascripto Secretario, audita sententia in scriptis alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, omnibus mature perpensis ac consideratis rescribere rata est:

Ad I et II. Ponantur in Folio (1).

Ad III. Tan in Concurrentia quam in Ocurrentia, præferendum esse Festum Sanctæ Annæ.

Ad IV. Servetur Rubrica Missalis die 11 Novembris.

Ad V. Servetur Rubrica ut in Vigilia S. Tomæ Apostoli, scilicet in Officio nihil de Vigilia.

Ad VI. Recurrat ad Sacram Congregationem Concilii.

Ad VII. Negative in omnibus, et servetur Decretum Generale diei 27 Maii 1826.

Ad VIII. Dentur Decreta in una Mexicana diei 12 Martii 1678 ad VIII, et in una Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum die 30 Septembris 1679.

(1) Dubia quæ sub numeris I et II comprehenduntur ita gravia esse credidit S. Rituum Congr. ut resolvi non possent de plano, et absque solerti studio. Quapropter ad I et II quod attinet respondit: *Ponantur in folio*. Ejusmodi responso, sciendum est, S. R. Congregationem dimittere solere, dubia quæ propter eorum gravitatem, disceptanda esse putavit coram S. Tribunnali ejusdem Congregationis. Attamen disceptatio hæc locum aut habere solet, nisi vel postulator aut quivis alius de ejus mandato, instet pro resolutione ejusmodi, et necessariis subjaceat expensis.



Ad IX. In casu omittatur Collecta pro Papa, Atque ita rescripsit, declaravit, at servari mandavit. Die 22 Januarii 1876. —C. Ep. Ostien. et Velitern., Card. Patrici, S. R. Præf.—Plac. Ralli, S. R. C., Secretarius.

X. Non licet Missam privatam celebrare cum quatuor vel pluribus candelis accensis, non solum simplicibus Sacerdotibus, sed nec Canonicis et Dignitatibus, nec Vicariis generalibus, nec etiam Abbadibus aliisque usu pontificalium gaudentibus, qui Episcopo sunt inferiores. (S. R. C. 19 Jul. 1659, 7 Aug. 1627, 5 Jul. 1631, et 27 Sept. 1659.) Attamen accendi possunt plures cerei in Missa parochiali vel simili diebus solemnioribus, et in Missis quæ celebrantur loco solemnis atque cantatæ, occasione alicujus realis atque usitatæ celebritatis et solemnitatis. (S. R. C. 12 Sep. 1857.)

XI. Super Altare nihil omnino ponatur, quod ad Missæ Sacrificium, vel ipsius Altaris ornatum non pertineat. (Rubr. Miss., tit. 20.) Altare ubi Corpus Domini cum consecratur cum omnino veneratione honoretur, et mundissimis linteis et pallis diligentissime cooperiatur. (Concil. Rhem., cap. 5.)—Jam vero quid de telis seu stragulis ex *hule* vel *badana*, quibus alicubi contenguntur Altaria etiam infra Missæ celebrationem? Pertinentne ad Missæ Sacrificium vel Altaris ornatum? Suntne lintei mundissimi, quibus Altare cum omni veneratione honoretur? Absit. Quod, si talia stragula in convivali mensa, non dicam principis, sed divitis cujusdam, nequaquam paterentur, quare toleranda in sacra Mensa Regis regum, Jesuchristi? Laude quidem dignum est, finitis Missis, Altaria prædictis telis contegere; sed omnino reprobandum quod similibus operata remaneant durante augustissimo Missæ Sacrificio. (Vid. De Herdt, núm. 171; Merati, tom. I, part. 1., tit. xx.)

DECRETA quæ citantur in responsionem ad Dubium VIII in una *Nuscana* diei 22 Januarii 1876 ex Registris Secretariæ Sacrorum Rituum Congregationis excerpta sunt quæ sequuntur nimirum:

MEXICANA.—... 8. In multis Ecclesiis solent celebrari Missæ de Festivitatibus Beatæ Mariæ Virginis cum solemnitate pro re gravi, et concursu populi:

Quæritur: An quando celebratur Missa de Annuntiatione modo dicto sit faciendum ad *Incaratus*, quod fit in ipsa die Annuntiationis?

Et eadem Sacra Rituum Congregatio respondit:

«Ad 8. Missas proprias de Festivitatibus Beatæ Mariæ Virginis non esse celebrandas, nisi diebus, in quibus dictæ solem-



nitates occurrunt, et per eorum Octavas quas habent, cæteris temporibus earum locum celebrandam unam ex Votivis Beatae Mariæ Virginis in fine Missalis positis, juxta distributionem temporis in eo factam cum intentione ad honorem Annuntiationis, Assumptionis, etc. Hac die 12 Martii 1678.»

ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM.—Cum post ultimam approbationem a S. R. C. factam Kalendarii ad usum Fratrum Minorum Capuccinorum supervenerint nonnulla Sanctorum Officia; de mandato ejusdem S. C. in Breviario Romano apponenda; quapropter P. Procurator, et Commissarius Generalis Fratrum Minorum Capuccinorum (ad uniformem Divini Officii recitationem in sua Religione servandam) supplicavit pro assignatione sequentium dierum infrascriptis Sanctis prout eadem Sacra Congregatio assignavit pro sequentium Dubiorum declaratione, nempe:

I. An Missa assignata Festivitati Conceptionis Virginis Mariæ pro Fratribus Minoribus, possit celebrari in Sabbatis, ut Votiva...?

Ad supradict... dub. Sacra Congregatio respondit, ut sequitur:

Ad I. *Negative*, etc. Die 30 Septembris 1679.  
In quorum fidem, etc. Ex eadem Secretaria hac die 8 Februarii 1876.—Plac. Ralli, S. R. C. Secretarius.

### SECRETARÍA DE CÁMARA DEL OBISPADO.

En el Boletín oficial Eclesiástico del Arzobispado de Valladolid se publica el siguiente aviso.

«S. E. Ilma. el Arzobispo mi Señor se ha servido señalar el día 27 del próximo Abril para proceder al nombramiento de Habilitado del Clero de esta Provincia eclesiástica: los Señores Comisionados por los respectivos Arciprestazgos deberán reunirse el día anterior en el local que designe el Presidente para enterarse de los memoriales presentados al efecto, y acordar las condiciones que tengan por conveniente imponer al que haya de desempeñar dicho cargo.»

Lo que se inserta á fin de que llegue á conocimiento de los interesados de esta Diócesis.

Leon y Marzo 30 de 1877.—Lic. Gerardo Villota, Secretario.



CUÁN CONSOLADORA ES LA FÉ EN EL PURGATORIO.

(CONCLUSION.)

Hace ya algunos años que la archiduquesa Sofía, madre del actual emperador de Austria, dió un sublime ejemplo de caridad cristiana. Habiéndose anunciado á esta Princesa la ejecución á muerte de Lebenyi, que habia atentado á la vida de su hijo, el jóven Francisco-José, hiriéndole gravemente, exclamó: «¿En todo el vasto imperio no habrá quien ruegue por el alma de ese desventurado? Pues bien; yo quiero tomar sobre mí este deber que prescribe nuestra santa Religion: olvido que él me ha causado el más grande dolor que pueda afligir el corazón de una madre inquieta por la vida de su hijo, y, como cristiana, resuelvo hacer celebrar misas en sufragio del alma de aquel infeliz.»

MISTERIO DE MISERICORDIA.

Durante el Terror (1793), que convirtió la Francia en un mar de sangre, cierto sugeto rico acudió á París como tantos otros que sólo respiraban furor y muerte. Despues de haberse señalado por toda suerte de atrocidades, fué encontrado una tarde por dos de sus infames cómplices, que querian desembarazarse de él. Estaban sólo sobre un puente del Sena. Sus amigos, despues de sujetarle, le dicen: «Escoge, qué género de muerte prefieres? ¿una puñalada ó ser arrojado al Sena? El individuo comprende que todo ha concluido para él, y responde: «Echadme al agua.» Al instante quedó sumergido en la misma. Pero ¡oh misterio, misterio de misericordia y de amor! Durante los pocos minutos que lucha con las aguas antes de ser asfixiado, se dice: «Despues de una vida como la mia, sólo puedo esperar el infierno; mucho lo merezco; pero, oh Dios mio, ¡tened misericordia de mí!» Y misericordia le fué concedida: pues mientras la corriente arrastraba su cadáver los ángeles del cielo conducian su alma al purgatorio.

Sólo dejaba en la tierra una piadosa hija, que fué á ocultar su dolor en una poblacion de Borgoña, viviendo retirada como una fiel sirviente.

Allí nadie sabia su nombre, su familia, ni su país natal. Ocupaba el tiempo trabajando para los pobres en llorar la suerte de su infeliz padre, que creia perdido eternamente.

El cura de la parroquia tampoco sabia de ella más que sus feligreses, y sólo la conocia por su nombre de bautismo, la señorita María.



Así quedó muy sorprendido cuando, al cabo de algunos años, le manifestó el deseo de hacer celebrar el mayor número posible de misas de difuntos.

—Aquí somos únicamente dos sacerdotes.

—Le ruego las encargue á todos sus hermanos en el ministerio que V. conozca, y que no cesen hasta que yo les avise.

El buen sacerdote respetó el secreto de la señorita María, y procuró se celebraran muchas misas á su intencion.

Trascurrido un mes, preguntóle si se debia continuar, y le respondió afirmativamente, y que fuesen las más posibles á la vez.

Un considerable número de misas habian sido celebradas, y por fin la piadosa doncella dijo al señor cura que podia cesarse, y entonces le confió su secreto.

—Tuve conocimiento de la vida culpable de mi padre y de su trágico fin: le creia en el infierno. Una vez se me apareció, reclamando de mí muchas misas, porque estaba en el purgatorio padeciendo atroces dolores. Por segunda vez acaba de aparecerseme gozoso y triunfante, diciéndome: «Hija mia, yo te bendigo, han concluido ya mis penas y voy al cielo.»

## RESOLUCION DE VARIAS DUDAS

### SOBRE EL REZO DE LAS AVE-MARIAS.

Introducida esta devocion en la episcopal iglesia de Saintes, ciudad principal de Saintonge, en la parte occidental de Francia, fué aprobada por el Papa Juan XXII, por una Bula dada en Aviñon, á 13 de Octubre de 1318, concediendo algunos dias de indulgencia á los que la practicasen contritos de corazon, cuya concesion renovó en 13 de Mayo de 1327, ordenando á su Cardenal Vicario que mandase hacer en Roma una señal con las campanas á la caida de la tarde, para que los fieles se acordasen entonces de rezar las tres Ave-Mariás.

«El Papa Paulo III regularizó esta devocion, concediendo indulgencias á todos los que al primer tañido de la campana por la noche, digeren: *Angelus Domini nuntiavit Mariæ et concepit de Spiritu Sancto* añadiendo la salutacion angélica: el segundo: *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum*, seguido tambien del Ave-María: y al tercero. *Et Verbum carum factum est, et habitabit in nobis: Deo gratias*, con el Ave-María. Así lo afirman Agustin Baretto y el doctor Santo Tomás en su libro *Sacer Horlus Rosarii.*» (*Summa aurea*).

Benedicto XIII, deseando acrecentar la devocion de los fieles á



la Santísima Virgen, dispensó todavía mayores indulgencias á los que implorasen, no una, sinó varias veces al dia, la proteccion de la Madre de Dios, obsequiándola en el misterio antedicho.

En su Breve universal y perpétuo que empieza: *Injuncta novis*, dado á 17 de Setiembre de 1724, concedió á todos los cristianos:

1.º Indulgencia de cien dias cada vez que al oír la campana y postrados de rodillas, recen con el corazon contrito el *Angelus Domini*, etc., y las tres Ave-Marías; y consiguientemente, trescientos dias de indulgencia á los que rezaren tres veces al dia, esto es, por la mañana, al mediodía y por la noche.

2.º Indulgencia plenaria una vez cada mes á los que las hubieren recitado en la forma predicha, esto es, cada dia por la mañana, mediodia y noche, recibiendo los Santos Sacramentos de la Penitencia y Eucaristía, rogando por los fines de la Santa Iglesia católica.

El mismo Benedicto XIII y sus sucesores Benedicto XIV, Clemente XIV y Leon XII, declararon que dichas indulgencias no quedan suspendidas en el Año santo del Jubileo.

Durante el tiempo Pascual, en vez del *Angelus* se reza el *Regina cæli* con su versículo y oracion propios, el cual se dice siempre de pié: Benedicto XIV decidió en 20 de Abril de 1742, que los fieles que no sepan el *Regina* continúen rezando el *Angelus*, y lucren las mismas indulgencias. El propio Pontífice declara asimismo que durante el año se rece el *Angelus* estando de pié todos los Sábados por la noche, y los Domingos en los toques de las oraciones.

Los religiosos, las religiosas y todos aquellos que vivan en comunidad, cuando están ocupados en los ejercicios de su regla á la hora que la campana señale el *Angelus*, podrán rezarlo despues y ganarán las mismas indulgencias. Asi lo concedió Benedicto XIII en su rescripto de 5 de Diciembre de 1727.

Los fieles que se encuentren en algun sitio ó lugar en donde no haya campanas que anuncien el *Angelus*, pueden ganar iguales indulgencias, rezándolo en las mismas horas que se acostumbra señalar en otras partes, ó aproximadamente, segun se calcule debe ser la hora de las oraciones, siguiendo la diversidad de las estaciones. Consta por un rescripto de Pio VI dado el 18 de Marzo de 1781.

(Se continuará)